Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet seu Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse nobilis Anna Religiosi Stephani Poponis in Opaka filia sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et eius posteris summam Octaginta florenorum polonicorum ratione vero dotis et expeditionis post ipsam acceptos et in domum suam importatos, necnon aliam similem summam Octuaginta florenorum polonicorum ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumq quarumuis pecuniarum necnon auri, argenti, clenodiorum, vnionum, margaritarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitorum et in post habendorum, dedit, donauit, dotalitauit, inscripsit et reformauit, prout dat, donat, dotalizat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Annam Jaworska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum vniuersis ipsorum vtilitatibus, et vsufructibus, Competentijsq et praerogatiua quauis, tenendam habendam, et possidendam, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos, et suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi. Vigore ac more clianum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Tymienniecka Perillustri et Admodum Rndo Bronikowski Canco Prmi Debet

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premislien personaliter Comparens Gnosa Constantia de Keszczyny Tymieniecka Gnosi Alexandri Zaremba Tymieniecki Consors legitima cum eiusdem Mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sana mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa Perillustri et Admodum Reuerendo Dno Stanislao à Bronikow Bronikowski Canonico et Officiali Gnali Premislien Rybotycen Vltnen Praeposito, eiusque Successoribus Summam Mille Florenorum Polon monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta polon computando et numerando, certi veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatique apud ipsi per se Recognoscen pecuniae tenetur atque debet, Quam quidem Summam suprascriptam Mille Floren polon eadem Regis Dnosa Constantia Tymieniecka se ac suos Succores in et super bonis suis gnaliter omnibus, summisque pecun quibusuis habitis et habendis praefato Perillustri et Admodum Rendo Canonico et Officiali Gnali Premislien Creditori suo eiusque Succoribus hinc et ab actu praesenti post decursum Vnius anni realiter et in effectu solutumus et coram Officio Actisque praesentibus Castren Capitan Premislien repositurum et relicturum, repositamque et relictam necnon ab eodem Officio non effidentibus neccessitaturum, vel quouis alio modo solutionem Summae eiusdem protracturam et impugnaturam Inscribit et obligat praesen. Idque sub Vadio similis Summae Mille Florenorum polonicalium per eandem Recognoscen Gnosam Tymieniecka siue eius posteris suprascripto Creditori suo, aut eius Successoribus ob non solutionem Summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro realiqua principali

li ex præmissis non complen Complenda ipsaq summa Principali non soluta soluenda, Citata existens memorata Recognoscens Gnosa Constantia de Leszczyny Pymieniecka Siue eius posteri ad Instantiam Suprascripti Perillustris et Admodum Rndi Domini Stanislai à Bronikow Bronikowski Canonici et Officialis Gnlis Præmislien Siue eius Successorum ad Officium præsens Castren Capitan Præmislien, Expone recessu Suprascripto quo ad respondendum Spectat mediante, semper in primo Citationis Terminô tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium prætactum Luere, Inscriptioni huic satis facere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Citatos eisdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, prætaxatione, minorennitate Successorum, legatione, intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta, ad Euictionem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra per Officij præfati Castren Capitan Præmislien Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motione appellation, acceptationes faciendo, ac præmissa omnia poenis seu pluribus vel triplicatis euasioni, suspensioni... tendantur ex successenti.

Michałowski Kropiwnickiemu scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitan Præmislien Nobilis Georgius Michałowski, sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, Præsenti vero Castren Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum

Successoribus